

STIFT SCHLÄGL IN OBERÖSTERREICH
UND FRIEDBERG IN BÖHMEN. -:-

Nach jahrelanger Verzögerung soll der *modus vivendi* zwischen dem Vatikan und der tschechoslowakischen Republik durchgeführt werden. In diesem Vertrag ist auch die Bestimmung enthalten, dass nur jene Orden in der Republik eine Niederlassung haben dürfen, die ihren Obern im Inland, nicht im Ausland haben. Nun liegen die zwei Pfarreien *Friedberg* und *Kirchschlag* in der Tschechoslowakei (im Lande Böhmen), das Stift Schlägl aber in Österreich. Die beiden Pfarreien sind seit Jahrhunderten dem Stift Schlägl inkorporiert. Wenn nun obige Bestimmung auch auf diesen Fall angewendet wird, dann verliert Schlägl das Inkorporationsrecht über die zwei Pfarreien, es muss seine Ordensmitglieder, die dort seit Jahrhunderten die Seelsorge ausüben, zurückziehen und die beiden Pfarreien ihrem Schicksal überlassen, wenn nicht ein anderes Stift sie übernimmt. In der Diözese B. Budweis, zu der die beiden Pfarreien gehören, herrscht ein grosser Priesterangel; somit ist es ausgeschlossen, dass sie mit Weltpriestern besetzt werden. In Friedberg ist ein Pfarrer und zwei Kapläne, in Kirchschlag ein Pfarrer und ein Kaplan.

Es dürfte für manche Leser der *Analecta* von Interesse sein, etwas von dem weltabgelegenen Prämonstratenserstifte Schlägl zu hören und die Umstände kennen zu lernen, unter denen es dazu kam, zwei Pfarreien, die in einem anderen Lande liegen, zu übernehmen.

Schlägl liegt in Oberösterreich; es ist nur ca. 11 km von der bayrischen Grenze (Deutschland) entfernt und nur ca. 4 km von der böhmischen Grenze (Tschechoslowakei). Es wurde im Jahre 1218 von dem österreichischen Ritter Calchochus von Falkenstein gegründet. Er war anfangs arm; da erbarmten sich die Herren von *Rosenberg*, die im benachbarten Böhmen reich begütert und fast unabhängig waren, des armen Stiftes und schenkten ihm Güter in Böhmen und die beiden Pfarreien, Kirchschlag i. J. 1275, und Friedberg i. J. 1305.

Der Stiftsbrief, durch den Friedberg dem Stifte Schlägl inkorporiert wurde, wird im Archiv Schlägl aufbewahrt; eine beglaubigte Abschrift findet sich im Pfarrarchiv Friedberg. Er lautet:

Nos Henricus dictus de Rosenberg summus Regni Bohemiae Camerarius notum esse volumus universis Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris, quod ex matura deliberatione et sin-

cero nostrae salutis affectu in augmentum nostrae salutis et remedium nostrorum omnium Praedecessorum Ecclesiam sitam in bonis nostris in Friedberg cum pleno jure Patronatus et cum omnibus suis pertinentiis, proventibus et singulis utilitatibus contulimus domui et ecclesiae B. Virginis in Schlage Fratrum Ord. Premonstratensis perpetue possidendam tali jure et tali conditione posita et adjecta quod eadem Ecclesia in Friedberg cum toto suo jure parochiali et cum omnibus suis attinentiis ad Pragensem Dioecesim et ad terram Bohemiae sicut spectavit hactenus adhuc debet perpetue pertinere. Volumus etiam ut praefata Ecclesia nostro nostrorumque haeredum et aliorum successorum nostrorum subiaceat Dominio et Potestati sine omni sequestratione sub nostra et nostrorum successorum ditione gubernamine et tutela cum omnibus suis attinentiis permansura. Super hac certitudine Dns. Praepositus Plagensis ex parte sui et ex parte sui Conventus debet nobis dare privilegium speciale locando immediate in dote in Fridburg sacerdotem idoneum prout decreverit unum de suis fratribus sive alium Saecularem — alii in vetusto originali legunt : sive alium *Regularem* — ita quod eadem Ecclesia cum plebe sua de caetero Plebano aliarum ecclesiarum debeat non carere. Nos vero ejusdem Ecclesiae dotem de nostra gratia augmentantes integrum canonem de exstirpato et non exstirpato agro juxta divisionem et mensuram agrorum in Fridburg donavimus Ecclesiae supradictae. Promittimus etiam gratiale, ut Plebanus ibidem residens pro ampliori sustentatione sua habeat piscationem, cui bene sit licitum in superiori parte fluminis piscari tantummodo cum hamis et barsis sine cymba. Insuper de speciali nostra agricultura in majori villa nostra *Drasen* plenas decimas singulis annis recipiendas porrigimus Ecclesiae supradictae. Praeterea de nostro telonio in Fridburg damus eidem Ecclesiae decimam septimanam ; ad haec pro majori ejusdem Ecclesiae subsidio libere et voluntarie admittimus locare villam Fridaw vulgariter appellatam ex altera parte fluminis ad duodecim plenos et integros laneos de nostro nemore exstirpandos eidem villae porrigendo et ut eadem villa sub eisdem conditionibus sicut et Ecclesia in terram Bohemiae et ad nos pertineat sicut superius est expressum. Ut autem haec nostra collatio rata et firma perpetuo permaneat, super hoc praesentes litteras scribi jussimus, et in evidens testimonium nostri sigilli munimine roboravi.

Datum in Krumau Anno Domini 1305, 4. Kal. Junii.

Henricus von Rosenberg hat also die Pfründe Friedberg (oder

Fridburg wie sie damals hiess) reich bedacht. Seine Söhne und Enkel haben diese Schenkung in den Jahren 1346 und 1375 bestätigt und haben neue Güter dazugeschenkt. Aber immer sollte die Bestimmung gelten : Friedberg sollte beim Lande Böhmen und bei der Diözese Prag bleiben. Im Jahre 1785 wurde von der Erzdiözese Prag die Diözese B. Budweis abgetrennt, so dass jetzt Friedberg zu dieser Diözese gehört. Schlägl gehörte im Jahre 1305 zur Diözese Passau in Baiern, jetzt zur Diözese Linz in Oberösterreich. Die Pröpste des Stiftes Schlägl haben sich bemüht, dass diese Schenkung auch von den Königen von Böhmen anerkannt werde. Dem um Schlägl sehr verdienten Propste Andreas *Rieger* (1444-1481) gelang es, von dem mächtigen *Wladislaw*, König von Polen, Böhmen und Ungarn (1471-1516) eine Anerkennungs-Urkunde zu erlangen. Sie lautet : (auszugsweise)

Wladislaus, Dei gratia Bohemiae Rex, Moraviae Marchio, Lucemburgensis et Silesiae Dux, et Lusatiae Marchio etc. Omnibus et singulis in perpetuum. Sancta et Immaculata Religio Ordinis Praemonstratensis, sicut Domino Deo devote jugi vigilantia enititur placere, pro remedio salutis animarum, ita pro nobis Fratres Ordinis ejusdem in dies et noctes ut didicimus ex alto Deum exorare non desinunt : adeo et pro praemio digno... pro nostra salute proque felici regimine nostro Deum deprecentur. Sane itaque pro parte Honorabilis et Religiosi Andreae Praepositi Monasterii B. Mariae Virginis in Plaga, in metis Regni Bohemiae situati, ac sui Conventus ac Coenobii nomine devotorum nostrorum dilectorum Ordinis Praemonstratensis, Pataviensis Diocoesis, est nobis humiliter supplicatum, quatenus ipsis omnes et singulas gratias, libertates, donationes, concessiones, praerogativas, privilegia quoque, indulta et jura universa, quas et quae olim Serenissimi Romanorum et Bohemiae Reges antecessores nostri, et Nobiles Barones de Rosenberg, ejusdem Monasterii Fundatores, fideles nostri dilecti ipsi Monasterio et Coenobio dederunt et concesserunt et contulerunt, ipsis approbare, ratificare, innovare et confirmare dignaremur.

Nos itaque idem *Wladislaus* ob sanctae Mariae Virginis in eodem loco sacro venerandam memoriam, obque commodum ipsius coenobii sui omne bonum volumus, vobis jam dictis gratiose annuimus. Quapropter non per errorem aut improvide, sed animo deliberato, cum sano consilio Procerum et aliorum nostrorum fidelium ex certa nostra scientia, auctoritate nostra Regia, supradictas omnes et singulas litteras, gratias, libertates, donationes, concessiones, praero-

gativa, immunitates, privilegia quoque, jura et indulta universa, ac strates communes de Teutonia ad Bohemiam, ac viceversa per Multaviam et Lichtenberg, et theolonia ibidem solita tolli et requiri, ac omnia bona generaliter, quae in Corona Regni nostri Bohemiae idem Monasterium habet et obtinet... Et ut praefatus Praepositus ampliorem nostram gratiam sentiat, una cum suo Conventu, dictum Monasterium in Plaga cum fratribus, et bonis ipsorum universis, quae sita habent et possident in Corona Regni nostri Bohemiae in nostram specialem protectionem, tutelam et defensionem suscipimus ac acceptamus : Committentes in hac parte vices nostras nobili Wokoni de domo Rosenberg, quae est fundatrix praefati monasterii fidei nostro dilecto et successoribus suis, quatenus nominatum monasterium, Praepositum quoque et Conventum, ejus ac bona ipsorum universa sita in Regno nostro Bohemiae ab omni impeditioe, molestatione, damnum aut injuriarum illatione adversus quoscumque subditos nostros tueantur et protegant atque defendant : nullam ipsis injuriam inferre admittentes... Praefatus etiam Praepositus et Conventus et futuri dicti Monasterii in Plaga de bonis suis, quae in Bohemia obtinent, Bernam (= Steuer), seu collectam generalem, instar aliorum subditorum nostrorum dari ad Cameram nostram Regiam debebunt, et tenebuntur, omni contradictione procul mota perpetuis temporibus in futuris... In quorum fidem, robor et testimonium praesentes literas nostras fieri, et sigilli nostri Regalis appensione jussimus communiri.

Datum Pragae die quinto mensis Octobris anno Domini 1479.

Man sieht aus dieser Urkunde, dass König Wladislaw ein grosser Gönner des Prämonstratenser-Ordens war. Er bestätigte die Schenkungen der Rosenberger, nahm sie unter seinem Schutz, und trug dem mächtigen Grafen Wok von Rosenberg auf, für die Güter und Pfarrer des Stiftes Schlägl, die in Böhmen liegen, Schützer und Schirmvogt zu sein. Aber auch er stellte die Bedingung, dass diese Güter immer beim Lande Böhmen bleiben müssen.

Am 1. Oktober 1689 wurden diese Besitzungen als dem Stifte Schlägl gehörig in die königliche Landtafel in Prag « zu desto grösseren Kraft und Gewalt » eingetragen.

Man sollte meinen, dass dadurch das Inkorporationsrecht des Stiftes Schlägl auf die Pfarreien Friedberg und Kirchschlag genug gesichert sei. Trotzdem verlangt die Landesbehörde in Prag im Jahre 1934, dass Schlägl auf sein Recht verzichte.

Friedberg.

Petrus DOLZER, ord. praem. Dechant.